



**Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae,
Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac
Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de
Liesse dictam effulsere**

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Homo quædam extreme ægrotus & à medicis desertus, vbi ad B. virginem
confugit & coram eiusdem imagine preces ad eam fudit, plene conualuit,
ibid.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59700](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59700)

MATER AD BEATAM VIRGINEM
pro filiolo suo de vita periclitante recurrent,
exauditur.

CAPVT III.

ANno 1326. Mulieri cuidam è Camberon castro, filiulus erat admodum aegre affectus, ac propè conclamatus: sed vt miser eius ad beatam Virginem è cordis medicinalio deprecabunda recurrit, promittens voto Camberonam venire, puerulus sibi redditus est, ac prorsum conualuit.

HOMO QUIDAM EXTREME aegritudinis & à medicis desertus, vbi ad B. Virginem confugit, & coram eiusdem inuigina preces ad eam fudit, plenè conualuit.

CAPVT IIII.

HOc eodem anno quidam è Haldin deo violentum, vt iudicaretur incurabilis, à medicis desereretur. Cum que iam esset mori proximus, ad beatam Virginem Camberonensem confugit: & ecce illic melius habere cepit. Vbi vero susceptam peregrinationem implere conaretur, precesque coram beata Vir-

apud Camberonam in Hannonia. 79

ginis imagine à Iudæo violata, funderet, plane sanitatem est consecutus, prout ipse certius affirmavit in dicto Camberonensi hospicio coram nō paucis ibidem tum præsentibus.

Mulier quædam mire intumescens, ubi facto voto ad B. Virginem deducta est, ad suos postea redijt incolumis.

CAPVT V.

Eodem anno, mulier quædam è Camberona Sancti Vincentij, toto corpore sic intumuit, vt nullus ei membrorum vsus suspeteret. Deuouit se peregrinam: eo deducta est, & ex animo Deum, beatamque Virginem peccata: paulo post se sensit incolumem. & citra cuiusquam auxilium ad proprios lares redijt.

D 3 MULI-